

AD

SOLENNIA IN AVGVRALIA
PRAENOBIILLISMI DOCTISSIMI QVE,
HONORVM DOCTORALIVM CANDIDATI DIGNISSIMI,
CAROLI GEORGII CVRTII,
LVBECENSIS,

HUMANISSIME INVITAT,
SIMVLQVE
DE INDOLE EMENDAE SAXONICAE,
VULGO *Sachsenbuse*,
EIVS QVE CVM ACTIONE L. AQVILIAE
CONCVRSV

P R A E F A T V R

IO. LVDOVICVS AB ECKARDT
H. T. ORDINIS IVRID. DECANVS.

I E N A E,

EX OFFICINA FIEDLERIANA.
MDCCXCIV.

10. EDITIONES AB HERARDI
H. T. ORBIS LIBRO DEG
CONCILIA
PRAEFACTA ET AGITATA
DE HISTORIE HUMANITATIS ACADEMICOE
HUMANITATIS INSTITUTA
CATO ET GEORGII DANTII
HONORI DOCUMENTARI CANTABrigensis
TRIBUNALIS DOCUMENTARI CANTABrigensis
SOCIETATIS LIBRARI
LIBRARIA

Aliquoties in causis decidendis ad Collegia nostra iuridica transmissis disceptatum, vtrum et ad emendam Saxoniam, die Sachsenbusse dictam, et ad damnorum ex iniusta incarceratione exortorum reparationem simul agi possit? Sunt enim magni nominis ICTi, qui negant, veluti de BERGER *Oecon. iur. Lib. III. Tit. 9. §. 12. not. 8. 9.* de WERNHER. *Obff. for. Tom. II. Part. 7. Obf. 119.* suntque, qui affirmant, veluti CARPZ. *Pract. crim. Qu. CXI. n. 75.* HOMMEL. *Rhapsod. Obf. DCLXXI. n. 18. Obf. DCCXX.* Id quod nobis ansam dedit ad curatius inquirendum in istius emendae indolem et naturam. Extant quidem,

de quo mihi ex BIBLIOTHECA LIPENIO - IOECHERIANA
edit. de a MDCCLVII. Tom. I. pag. 450. constat, GEORG.
ADOLPH. SCHUBERTII Diff. de emenda Sax. iniuste incar-
cerato praeflanta, Lipsiae MDCCXIX. publice proposita, et IO.
PETRI DE LUDEWIG Sched. de iustitia huius emendae, quod
prima vice in sic dictis Hällischen Anzeigen ai MDCCXXXVI. edit-
tum eiusque gelehrten Anzeigen Part. II. Num. LXXXI. pag. 398.
insertum; vti vero illam inspicendi facultas deest, ita hoc
in sola istius emendae iustitia in casu speciali, quo cuius-
dam Camerae Praeses virum honestum ob leuissimas suspi-
ciones in carcerem miserat, subsistit. Noto notius est,
emendam, de qua nobis sermo, esse pecuniae quantitatem
XXX. solidorum (XXX. Schillingpfennige), qui hodie XL.
grossos Misnenses aut duas sexagenas (zwey alte Schok) effi-
ciunt, ab iniuste incarcerante iniuste incarceratedo pro quo-
libet die et nocte iniustae detentionis soluendam. KIL.
KOENIG Proc. Sax. Cap. CXII. n. 11. MATTH. COLER.
de Proc. exercut. Part. II. Cap. 3. n. 156. BENED. CARPZOV.
I. c. n. 71. seqq. Prouocant omnes, quotquot de illa ege-
runt, ad IUS PROU. SAX. Lib. II. Art. 34. et Lib. III. Art.
45. vt et ad WEITZBILD. MAGDEB. Art. LXXXIII. at
enim vero illud priori loco de famulo, domini respectu,
iniuria affecto aut detento, posteriori de Werigeldo eius-
que pro conditione laesorum varia loquitur quantitate;
nec hoc quicquam continet, quod vel remote ad iustifi-
candam nostram emendam conferre posset, quippe I. c.
de

de vulnere per cultrum illato morte, per gladium inflito manus amputatione coercendo agens. Vix igitur dubitari potest, ex hisce legibus patriis emendam nostram neutquam elici posse, sed a quodam IURIS PROU. SAX. Glossatore aut ex moribus patriis esse suppletam, aut demum adiuvantam, siquidem GLOSSA ad Art. 34. Libri II. sub. not. b) haec habet: *Item, so man einen mit dem Richter zu Unrecht im Gefängnis hält, die Busfe ist Tag und Nacht 30. Schillingpfennig. Busfe, in sensu forensi generaliori, denotat satisfactionem pro delicto tam publicam, quam priuata.* WACHTER. Glossar. Germ. col. 234. HALTAUS. Glossar. Germ. med. aev. col. 202. SCHERZ. Glossar. Germ. med. aevi Tom. I. col. 205; quod si vero der Wette opponitur, sumitur sensu specialiori pro satisfactione s. poena priuata; *Wette enim significat poenam publicam, quod clare innuit IUS PROU. SAX. Lib. III. Art. 53. verbis: Jeglicher Richter hat in seinem Gerichte Gewette und keine Busfe, denn der Richter mag beides, Klager und Richter, nicht syn; man giebt auch niemanden Busfe, als dem Kläger.* Idem confirmat paroemia: *Mit dem Tode wettet man dem Richter und büßt dem Kläger, h. e. poena capitali satisfit et iudici et laeso, quam explicat HERT. Paroem. iur. Germ. Lib. III. Par. 7. in Opusc. Vol. II. Tom. 5. p. 418.* A Busfe, sensu speciali sumpta, differt das Wieder- oder Wedergeld, Wergeld, Weregeld, Wehrgeld, quod iterum dupli sensu in legibus antiquis occurrit, quorum generali denotat restitutionem cuiusvis damni, speciali au-

tem satisfactionem pecuniariam ob necem hominis eius
propinquis praestandam. WACHTER. l. c. col. 1877.
HALTAUS. l. c. col. 2031. SCHERZ. l. c. col. 1994. Misra
posteriori significatione, quia non est huius loci, subsi-
stimus in priori. Ture Germanico *Buse* s. satisfactionem
priuatam non exclusisse das *Wehrgeld* s. reparationem dain-
ni simul cum iniuria illati, luculentissime patet ex IUR.
PROU. SAX. Lib. III. Art. 45. vbi haec occurunt: Nun
vernehmet aller Leute ihr *Wehrgeld* und *Buse* — — den schöffen-
barfreyen Leuten giebt man 50. Schillinge, pfündiger Pfennige, zur
Buse, deren sollen 20 Schillinge eine Mark wiegen; ihr *Wehrgeld*
sind achtzig Pfund pfündiger Pfennige. — — Denen, die Biergel-
den und Pfleghaften heisen, und der Schultheissen Gerichte suchen,
denen giebt man funfzehn Schillinge zur *Buse* und zehn Pfund zum
Wehrgeld etc. sicque adhuc aliorum determinatur *Buse* et
Wehrgeld pro varia eorum conditione. Quae cum ita sint,
nullam assequor rationem, curne ob iniuriam per carce-
rem iniustum illatam ad emendam Sax. s. die Sachsen*buse*
et reparationem damni, occasione istius carceris in rebus
oeconomicis aliquo modo perpetrata, ex L. Aquil. simul agi
possit? erroneum enim est dissentientium principium,
indemnitatis praestationem sub emenda Sax. comprehen-
di: multo minus SCHAUMBURGIO assensum praebere possu-
mus, in sua *Einführung zum Sachsen-Recht Part. III. Sect. 3.*
Ex. 2. §. 15. sub hac emenda simul et *Wehrgeld* et *Weite*
contineri afferenti. Fulcit quoque sententiam nostram,
quod

quod variant editiones SPECULI SAX. GLOSSATI in glossa ad Lib. II. Art. 34. supra ex editione ZOBELIANA eaque optima de ao. MDCXIV. allata, quippe quae in illo, quo usus est HEINECCIO, Elem. iur. Germ. Tom. II. Lib. 2. §. 365, not. *). exemplari sic se habet: *Der Abtrag umb unrecht Gefängnis und scharfe Frage ist 30. Schilling mit Wiederkehrung beweislicher Schäden und Expens, auf richterliche Ermüfung, somanen Tag und Nacht er gefänglich enthalten gewesen.* Ex quibus omnibus, ni fallimur, concludere licet, emendam nostram nil esse aliud, quam aestimationem iniuriae inusto carcere illatae, ideoque eorum sententiam minus recte se habere, qui eius petitionem perpetuam esse perhibent, veluti LUD. MENCKEN. Syll. iur. civ. ex edit. CHR. SGHOENII Lib. XLVIII. Tit. 3. §. 8. et de BERGER. l. c. not. 10. potius naturae huius emendae conuenire annalem eius petitionem, cui quoque suffragatur IUS PROU. SAX. Lib. III. Art. 31. KOENIG. Proc. Sax. l. c. Inde porro sequitur, ut nec minus errant, qui cumulationem petitionis huius emendae cum actione aestimatoria admittunt, id quod fecerunt ICti Lips. apud MENCKEN. l. c. e contrario vero illa cum actione L. Aquil. recte quidem cumulari possit, quia hanc das Wehrgeld, minime autem die Sachsenbuse, imitatur, quod iterum contra MENCKENII assertum contrarium l. c. monendum. Sed sufficient haec, quo me officio, cuius causa haec scribo, expedire possum. Addit nimirum Vir Iuuenis,

uenis praenobilissimus, a vitae integeritate, morum ele-
gantia, ingenii viribus, diligentiae assiduitate omnibus-
que aliis virtutibus, quae iuuem ornant, et mihi ma-
xime commendatus et bonis omnibus etiam atque
etiam commendandus, CAROLUS GEORGIUS CUR-
TIUS, Lubecensis, Illustrem huius Academiae Ordinem
ad honores Doctoris Iuris vtriusque ipsi conferendos.
Vitae eius curriculum ipsius malo, quam meis verbis ex-
plicare.

Ego CAROLUS GEORGIUS CURTIUS, in lucem editus
Lubecae, die VII. Mart. MDCCCLXXI, Patrem veneror CARO-
LUM WERNERUM, Narua-Liuonum, Medicinae Docto-
rem atque Practicum in patria ciuitate tam meritissimum quam fe-
licitissimum; cuius innumera in me collata beneficia, ac vere pater-
num amorem, laudibus efferre, quum huius non sit loci, nihil
addam, nisi quod pia cum mente sumnum Numen implorem, iu-
beat eum omni tempore sospitem esse atque incolumem! Matrem
vero carissimam, ANNAM CATHARINAM, HERMANNI
GEORGII KROHNII, Reip. patriae quondam Syndici meri-
tissimi,

tissimi, filiam, ante quinque, et quod excurrit, annos, duro,
proh dolor! fato e vita discessam, doleo.

Qui dilectissimi parentes ad undecimum usque aetatis meae
annum tam religionis, quam aliarum doctrinarum tirocinii, ani-
mum meum institutionibus priuatis excoll curarunt. Deinde vero
Gymnasi Lubecensis alumnus adscriptus, atque clarissimorum vi-
rorum instructione gavisus sum. O UERBECKIUM enim,
Rectorem, nunc Theol. Doct. summe reu. M. BEHNIUM,
Correctorem, qui priuatissime quoque summa cum solertia me in-
fuit, SUHLIUM, quem Subrectoris munere adhuc fungeretur,
FEDERAUIUM, Subrectorem, SCHNOBELIUM, Canto-
rem, praceptores habui dilectissimos aequae, ac meritissimos.

Neque minus pater pie colendus omni tempore hoc egit, ut
artium elegantiorum, atque linguarum etoticarum, disciplina,
magistrorum optimorum ope imbuerer. Quibus peractis studiis,
iam ad altiora prouectus, quam iuris scientia mihi potissimum ar-
rideret, hanc ut nquarem, Ienam me contuli, atque ibi ab ill.
SCHÜTZ t. t. prorectore ciuium academicorum numero sum ad-
scriptus. Iuris prudentiam vero mihi tradiderunt praceptores tam

B

docti,

docti, tamque promeriti, ut eorum nomina hic apponere summo
mili honori ac gaudio ducam.

Perill. AB ECKARDT, sautorem maximopere deuen-
randum, Pandectarum et iuris criminalis doctrinam audiui soli-
dissime explicantem. Perill. WALCH, Patronus, omni, qua decet,
pietate colendus, qui tanta in me contulit benevolentiae specimina,
qua omni tempore in acceptis ei feram gratissima mente, Ius germani-
cum, ius cambiale, artem relatoriam et processum communem, ea,
qua solet esse, eruditione mihi tradidit; neque minus eius exercita-
tionibus disputatoriis, quas benigne aperit iuris studiosis, per duos
fere annos summa cum utilitate interfui. Deinde ill. REI-
CHARDT in institutionibus iuris civilis, ill. SCHNAUBERT
in iure publico, iure canonico, et processu imperii, ill. HUFE-
LAND in iure naturali, historia iuris et iure germanico, praec-
ceptoribus usus sum tam doctissimis, quam meritissimis. Consultissimi
VOELKER Collegio examinatorio ad Pandectas atque
Consultiss. MEREAU praceos extrajudicialis et artis diploma-
tiae Collegii maximo cum emolumento interfui. Ne vero in aliis
quoque scientiis, quae sumnam cuicunque tam utilitatem, quam
ornamentum, adferunt, plane ruditis abirem, aliorum etiam viro-

rum

ram inclitorum et doctissimorum scholas frequentaui. Ill. Lo-
DER anthropologiam et medicinam forensem, Ill. SUCCOW
scientias camerales, ill. VLLRICH logicam et ius naturale, ill.
HEINRICH Historiam imperii, ill. VOIGT mathesin puram
et applicatam, ill. REINHOLD Philosophiam criticam atque
Aestheticae audiui explicantes. Quibus praceptoribus ac farto-
ribus, de me summopere promeritis, ut solennes easque maximas
agam grates, pro ea, qua utilitatem meam promouerint, industria,
opus est; quam non modo publica eorum institutione, verum pri-
uata etiam conuersatione, pro ea, qua in me erant, benevolentia,
non sine insigni emolumento vti, mihi fuerit datum. Qua propter
nil magis mihi est in optatis, nisi quod hi omnes gratissimam
meam mentem perspiciant, agnoscant, meque sibi habeant com-
mendatissimum.

* * *

Praemissis more maiorum praemittendis examini-
bus, in quorum primo §. fin. I. de societ. et L. 57. D.
mand. vel contr. secundo f. rigoroso autem L. 3. C. de
loc. et cond. et c. II. §. 1. de rescript. in 6. Praenobi-
lissimus Doctissimusque Candidatus solide explicauit,
ORDO ILLUSTRIS dignissimum eum iudicauit, cui petiti
hono-

honores impertirentur simul ac quoque disputando se
habilem praestitisset. Quod hodie praestiturus trans-
fensa cathedra publice sine Praefide defendet Dissertationem inauguralem:

De rei vindicatione Iure Labecensi arctis limitibus circumscripta.

Cui actui solenni, ut MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, S. R. I. COMES ILLVSTRISSIMVS, PROFESSORES ET DOCTORES OMNIVM ORDINVM SPETATISSIMI, PROCERES GRAUSSIMI, GENEROSI AC NOBILISSIMI COMMILTONES ALIQUVE ERUDITIONIS INQVE PRIMIS SCIENTIAE LEGALIS FAVTORES ET CULTORES beneuelle interesse eumque praefentia sua illustriorem reddere velint, ORDINIS MEI nomine perofficiose diligentissimeque peto. P. P. Jenae, d. April. MDCCXCIV.



Heller, Fr., 1790-1800





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-317475-p0016-9

DFG



AD
SOLENNIA IN AVGVRALIA
PRAENOBILISSIMI DOCTISSIMIQVE,
HONORVM DOCTORALIVM CANDIDATI DIGNISSIMI,
CAROLI GEORGII CVRTII,
LVBECENSIS,
HVMANISSIME INVITAT,
SIMVLQVE
DE INDOLE EMENDAE SAXONICAE,
VULGO *Sachsenbusfe*,
EIVSQVE GVM ACTIONE L. AQVILIAE
CONCVRSV
P R A E F A T V R
IO. LVDOVICVS AB ECKARDT
H. T. ORDINIS IVRID. DECANVS.

I E N A E,
EX OFFICINA FIEDLERIANA.
MDCCXCIV.